164

6

Breves que estan en el Archivo de la S.ta Igles.a de Sevilla. Por el primero se concede un año y quarenta dias de perdidos que el dia del Aniversario del Santo Rey Don Fernando en la dicha Iglesia rogaren à Dios por el; y por el segundo se conceden veinte dias en todos los sabados à los que en la dicha iglesia rezaren ò a su fabrica dieren limosna por el anima del B.o Santo Rey. expidiolos Innocencio Quarto, el uno en el año decimo de su pontificado, que fue el mismo de 1252 en que murio el Santo Rey; y el otro entrado el año duodecimo de su pontificado y ultimo de la vida de Innocencio. que fue el de 1254. Reparen se las palabras del Pontifice que descubren el concepto grande que tenia de la Santidad del Santo Rey Don Fernando.

Innocentius Episcopus servus servorum Dei. Universis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Licet omnipotens Deus misereatur omnium et nihil odiat eorum que fecit, peccata hominum propter penitentiam simulando, quia tamen fidelibus defunctis orationes fidelium multum prosunt digne ut à peccatis solvantur, orat ecclesia pro animabus fidelium defunctorum. Inter quos clare memorie Fernandus Rex Castelle ac Legionis gressus suos in via mandatorum Domini direxisse creditur cultum nominis ipsius magnifice ampliando. Verum quia non ex operibus iustitie que fecerit homo, sed secundum suam misericordiam illum salvum facit Dominus Jesus christus, rogamus universitatem vestram, et hortamur in Domino, in remissionem vobis peccaminum iniungentes, quatenus ad ecclesiam Ispalensem in qua corpus eiusdem Regis tumulatum esse dicitur imploraturi à Domino vestrorum et ipsius Regis delictorum veniam in humilitate spiritus accedatis. Nos enim de omnipotentis Dei misericordia et beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius autoritate confisi, omnibus vere penitentibus et confessis qui caussa devotio

nis

mis in die anniversarii dicti Regis annuatim ad eandem Ecclesiam accedentes ibidem preces fuderint pro anima dicti Regis vnum annum et quadraginta dies de iniunctis sibi penitentiis misericorditer relaxamus. Datum Perusii Idibus Octobris. Pontificatus nostri anno decimo.

Innocentius Episcopus Servus servorum Dei, vniversis Christi fidelibus presentes literas inspecturis salutem et Apostolicam benedictionem. Clare memorie fernandus Rex Castelle ac Legionis in via mandatorum Domini sic ambulasse creditur, vt ab ipso delictorum suorum veniam consequatur. Nos itaque cupientes ipius animam orationibus fidelium adiuvari, omnibus vere penitentibus et confessis qui ad Ecclesiam Ispalensem in qua corpus eiusdem Regis sepultum esse dicitur, qualibet die sabatti cum devotione accesserint imploraturi à Domino eiusdem Regis veniam delictorum, vel eidem Ecclesie pro remedio anime dicti Regis caritatis beneficia impensuri, de Omnipotentis Dei misericordia et beatorum Apostolorum Petri et Pauli autoritate confisi viginti dies de iniuncta sibi penitentia misericorditer relaxamus. Datum Anagnie V. idus Iulij Pontificatus nostri anno duodecimo.

Ɨ Idus

Amбos à dos breves tienen sus sellos de vna manera pendientes en hilos de seda carmesi y pagiza por vn lado las cabezas de S. Pedro y S. Pablo y por el otro dize: Innocentius P.P. IIII.